Appellationes ad earum Prosequutiones faciendo, Et premissa omnia Poenis simplicibus vel Triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus Natalijs Juris Praescriptione Terrestri, Bello, Conventionibus, vel alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo Nec modo quovis evadendo: Hac sua praesenti personali Recognitione ad premissa omnia Mediante.

Sabbatho ante Festum Sancti Valentini Praesbiteri: et Martyris proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo.

12/II

Kosak Drohoiowski Quietat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Comparens personaliter Thomas Joannes Vladislaus Kosak Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum moderum attinet. se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo pulam libere publice ac per expressum recognovit. Quia Ipse Thomam Stanislaum Drohoiowski eiusque poros de summa Duorum Millium florenorum polonicalium sibi Recognoscenti per eundem Thomam Drohoiowski Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis inscripta et ad solvendum super bonis certis sortis in Villa Kusienice sitt quae in possessione Thomae Podleskich Coniugum extabat modo Obligatorio assecurata Nec Nonde eadem Inscriptione Obligatoria Castrensi Premisliensi ob praesentiam sibi Recognoscenti summam eiusdem Duorum Millium florenorum polonicalium per Manus Thomae Stanislai Hrozek Wolski et Zofiae de Ropelow Coniugum realem et sufficientem persolutionem. Quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat Inscriptionem eandem Obligatoriam cum omnibus illius Conditionibus et ligamentis in toto et per omnia Cassat. Mortificat et annihilat atque de bonis Obligatis Condescendit. Recognoscens sibi summam eiusdem Duorum Millium florenorum polonicalium praestitam esse exolutionem.

Drohoiowski suo et Contis